



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

38. Quomodo D. Lindanus voto D. Apolloniæ facto, à dentium dolore, & frater eius voto D. Machuto facto, à claudicationis periculo liberatus sit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

## LIBER III.

459

pingens, vidit reginam quandam inenarrabili decore & pulchritudine præfulgentem, magno subsequentiū virginum comitatu domum eiusdem ægotantis ingredi, & post modicum inde reuerti: cæteris huius puellæ sodalibus licet admonitis, vt diligenter intuerentur, nihil horum videntibus. Moxque compertum est: virum cum eo momento defunctum. Qui, vt viuens sacrum illum virginalis turmæ exercitum religiosè honorauit, ita suffragium persentire meruit. Legimus autem multis alijs similia contigisse, vt D. Martino, Paulo Eremitæ, S. Fursæo, Musæ puellæ, (de qua supra lib. 2. c. 15.) & alijs multis, quos hymnis cælestibus & angelico comitatu ad æterna cælorum gaudia deduci viderunt illi, quos Deus hac felici visione dignatus est.

*Wilhelmus Lindanus Episcopus Ruræmundensis lib. 2. cap. 2. De fugiendis idolis, quomodo ipse D. Lindanus voto D. Apolloniæ factò, à demum dolore, et frater eius voto D. Machuto factò, à claudicationis periculo liberatus sit.*

## CAP. XXXVIII.

**C**VM me puerum (ne domestica Dei Opt. nostram in familiam collocata ingrato prætereamus silentio) grauius gingiuarum corripisset dolor, pia mater mea (cui cum parentibus omnibus Deum precor quotidie propitium) meis cruciatibus afflicta, mei liberandi à malis causa D. Apolloniæ votum fecit,

V

cit,



cit, diemque ieiunio se colituram proponit, ego me illius precibus liberatum meminisse, que occurrente diuæ Apolloniæ festo, matrem scio admouisse ob acceptum per intercessionem diuæ beneficium, Deo esse intendendum, votumque soluendum. Illa abstinens puerili voto, ieiunium filii, inquit illi pro alium differemus diem, quia sunt carniualia, siue, uti vulgus appellat, carnispriuium. Ceterum cum frater meus Germanus, Hadraensis Lindanus prætor Hagen. in cunis laboraret ex pede sinistro, ac mater vereretur, ne quid incommodi, aut aliquid claudicationis contraheret, mox à Chirurghi periculo admonitus, votum DEO obtulit, rogans ut intercessionem diui Machuti, qui in Ecclesia Traiectensi ad Rhenum solet talibus in periculis ad auxilium & comprecationem implorari, puer malo liberaretur, iuit, vota obtulit, rediit, filium reuersa domum sanatum reperit, ac nos lætissimo fuisse perfusos eius redeuntis gaudium commemorari.

*D. VVilhelmus Lindanus ibidem. Quomodo ipse D.*

*Lindanus adhuc puer à parentibus suis fraternitatis S. Huperri ascriptus, à rabido cane ipsam puerum prætercurrente, miraculosè intactus permanserit.*

CAP. XXXIX.

**V**Num illud ingrata obliuioni tradendum mihi foret religio, quod ex religioſorum parentum pietate mihi puero exſtitit